Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



GVO·II·

vnnia appendebat et accinctus erat
ense nouo insus est pauere dauid
presidio qz ei fuit abisai filius sar
uie ⁊ percussit philisteum interfecit
tunc iurauerunt uiri dauid dicentes
iam non egredieris nobiscum in bell
ne extinguas lucernam israel. Se
cundum quoq; fuit bellum in gob con
tra philisteos. tunc percussit sobbocha
ide assati. sephi de stirpe arapha. de se
mine gyganteum. tunc qz fuit bellum
in gob contra philisteos in quo perc
sit adondatus filius saltus polum
tarius bethleemites sobhath gethei
cuius hastile hasde erat quasi liciato
rum texentum. Quartum bellum
fuit in geth. in quo fuit uir excelsus
qui senos in manibus pedibus qz ha
bebat. digitos viginti quatuor. ⁊ erat
de origine arafa. ⁊ blasphemauit isr
percussit autem eum ionathas filius
semaa fratris dauid. hi quatuor nati sunt
de arafa in geth ⁊ ceciderunt in manu
dauid ⁊ seruorum eius. XXII

Locutus est autem dauid domino
uerba carminis huius in die
qua liberauit eum dominus
de manu omnium inimicorum suorum
⁊ de manu saul ⁊ ait. Dominus petra
mea ⁊ robur meum ⁊ saluator me
deus meus fortis meus ⁊ speraboi in eum
scutum meum ⁊ cornu salutis mee ele
uator meus ⁊ refugium meum. saluator
meus de iniquitate liberabis me.
laudabilem inuocabo dominum ⁊ ab in
imicis meis saluus ero. quia circumde
derunt me contractiones mortis torren
tes belial. circumdederunt me funes infer
circumdederunt me preuenerunt me la
quei mortis. In tribulatione mea inuo
cabo dominum ⁊ ad deum meum clamabo.
Et audiet de templo sancto suo vo
cem meam ⁊ clamor meus in ueniet ad
aures eius. Commota est ⁊ contremuit
terra fundamenta montium concussa
sunt ⁊ conquassata quoniam iratus est
eis deus. ascendit fumus de naribus
eius ⁊ ignis de ore eius uorabit. car
bones incensi sunt ab eo ⁊ inclinauit
celos et descendit ⁊ caligo sub pedibus
eius. Et ascendit super cherubim ⁊ uo
lauit ⁊ lapsus est super pennas uen
torum. Et posuit tenebras latibulum
suum in circuitu suo tabernaculum aquas
de nubibus celorum. Prefulgore eius
in conspectu accensi sunt carbones
ignis. tonabit de celo dominus ⁊ ex
celsus dabit uocem suam. emisit sagit
tas suas ⁊ dissipauit eos fulgura et
conturbauit eos. ⁊ apparuerunt emis
siones maris ⁊ reuellata sunt fun
damenta orbis. Ab increpatione dni
ab inspiratione spiritus furoris eius.
Misit de excelso ⁊ assumpsit me et e
duxit me de aquis multis. liberauit me
ab inimico meo potentissimo ⁊ ab his
qui oderunt me quia robustiores erant
me. preuenerunt me in die afflictionis mee
⁊ factus est dominus firmamentum
meum. Et eduxit me in latitudinem. libe
rauit me quia placui ei. Retribuet
mihi secundum iustitiam meam ⁊ secundum
munditiam manuum redd mi
quia custodiui uias domini ⁊ non egi
impie a deo meo. Omnia enim iudicia
eius in conspectu meo ⁊ precepta eius
non amouebam a me ⁊ ero perfectus cum eo
⁊ custodiam me ab iniquitate mea ⁊
restituet mihi dominus secundum iusti
tiam meam ⁊ secundum munditiam manuum

191